quæ a nobis principium ducunt, ut fiant, per nos
etiam, ne fiant, sine assequi, tametsi non apud omnes:
non enim hoc generale in singulis est, sed in singulis
eorum, qui studium adhibuerint, judicium tamen universi
est, posse esse in singulis: Verumtamen quid barbare
cum impietate excogitavit, fingens malum sine principio,
contra Deum vere principio carente ac solum, et hoc
secundum principium impune constituens, non solum malum
collocat in ordine æquali Deo, tanquam hoc honorare
velit, quod licet ait, sed mala, quæ ex malo, quod
principio caret, insanabilia penitus esse, cum ne=
cessario affirmat, facit insidiose, ut existiment,
qui ei credunt, injustitiam non posse apud homines
corrigi, ita ut anticipata voluptate peccatorum,
pro conversione desperatio consiliatur, quasi fieri
non possit, ut impetus vitii, quod principio caret,
coërceatur, præterquam siquis cupiditate gloriæ, quod
plus boni, ut isti fingunt habere videatur, studium
adhibeat, ut, quoad fieri potest, non peccet, ut ma=
nifestum faciat, non aliunde, quam a se peccatum pro=
ficisci. Existimabitur tamen apud ipsos melior esse
propter admistionem naturæ, qui non natura, sed labore
et sudore usus est, qui quidem putabit se laudari cum
alioqui vera laude privetur, veram ei gloriam ex
labore ac studio virtutis proficiscentem relinquens,
siquidem pietati erga Deum studebat, necessitatem na=
turæ rapinam esse falso ducit, qui utilitatem industriæ
ad impietatem in Deum adhibet, ut nec animus ignaviæ
et inertiæ deditus, cum male agit, pungatur, siquidem
alteri cuidam principio actiones adscribit: neque qui
studio utitur, laude dignus habeatur, quippe qui in
id cogitatione incumbat,

quod